

5559 [= 4445] prope Aquinum rep. in loco dicto Mefito, fuit apud notarium Ios. Sorge.

.... M
... RIAE · SIM
... T · ANNE

Cayro Aquino p. 389 n. 109 qui vidit.

5560 [= 4442] Aquini in aed. Quagliuzzi.

C · SEICIMENO · C · F
IN · FR · P · XII
IN · AG · P · XV

Cayro Aquino p. 381 n. 88 e schedis Branco.

5561 [= 4440] pila Aquini ante aedes domi-
norum Spezj.

.... AE · P · F · ..
... FRATRES · PA

Cayro Aquino p. 378 n. 77 qui vidit.

5562 [= 4441] Aquini in un campo fra Capo
d'Acqua e la Torre di S. Gregorio.

A V T V S
B I N V S
O A V G

Federicus cod. Cas. 848 p. 35 (inde Cayro
Aquino p. 378 n. 73).

5563 [= 4444] ad Aquinum in turri S. Gre-
gorii intus.

D · L · CH
ONI · VIR
S V E T T

Recognovi. Cayro Aquino ms. et p. 381 n. 93
ex schedis Branco.

5564 [= 7251] litteris magnis. Aquini in
S. Maria della Libera.

//////
//ECIT

Recognovit Brunn descriptam a Philippo. Fe-
dericus cod. Casin. 848 p. 35; Iannelli *Com-
missione di Caserta* 7 Oct. 1872 p. 59.

FECIT Iann.

5565 Pontecurvi apud Thomam Lucernari.

SAR

Descripsi.

5566 inter Piedimonte di S. Germano et Aqu-
inum in massa Antonii Mancini.

VIVS C
CVRSOR
ET

Descripsi.

5567 inter Piedimonte di S. Germano et Aqu-
inum in massa Antonii Mancini.

AGI · M · F
VF
FR · P · XIIX

Descripsi.

5568 Pontecorvi.

D · M
I · C · C

Schedula inter Masciolana.

5569 cippus ornatus Aquini in domo Antonii
Capozellae.

D · M · S · P · F
corona

Descripsi. Carolus Magno medicus Arcensis
dedit sic: D · M · S · H.

5570 Pontecorvi in massa Cicchetti.

II I · XII
AGR · P · VII

Bergamaschi ms.

5571 Pontecorvi nella casetta di Giovanni
Augelli.

IN · AGR · XIII ·

Bergamaschi ms.

5572 extra Aquinum.

D · S · MANIBVS · SACRVM

Ligorius inter Metelliana Vat. 6039 f. 14'.

5573 a alle Fontanelle.

b Aquini.

OSSA

a I. B. Federicus p. 37.

b Brunn descriptis.

LXVII. FABRATERIA NOVA (la Civita prope S. Giovanni in Carico). Tribu Tromentina.
Acc. FREGELLAE (Ceprano).

Fregellas¹⁾ olim Opicorum fuisse Dionysius (apud Stephanum s. v.) ait, quibus pessimo errore Livius 8, 22 Sidicinos substituit ad hanc regionem nequaquam pervenientes (v. supra p. 471). Deinde uterque auctor tradit fuisse Volscorum, quorum deditione a Samnitibus sibi metuentium a. 424 ad Romanos videntur pervenisse (Liv. 8, 19). Fuerunt ad ipsam viam Latinam ibi ubi Lirim fluvium transit et propter pontem eius in rebus gerendis maximae utilitatis (Liv. 26, 9). Accurate situm determinat itinerarium Antoninianum (supra p. 60) Fregellanum collocans in Latina III mil. pass. a Fabrateria nova Frusinonem versus, id quod incidit in Ceprano oppidum. Reliquias eius agnovit Chaupy (*maison d'Horace* 3 p. 475) e regione Ceprani in sinistra fluvii ripa in loco qui dicitur *l'Opio*, quod vocabulum ex 'oppido' corruptum esse potest. *Ce quartier*, inquit, *est composé d'un grand emplacement formé par le Liris d'un côté et par d'enfoncemens du terrain de toutes les autres parts de plus de six milles de circuit, tout rempli de fondations qui sont la seule carrière que Ceprano connaît, et dont celles de tour, que j'ai vu creuser en un endroit, se montrent par leur épaisseur extraordinaire pour avoir été de ces murs, à l'abri desquels on crut pouvoir couper les ponts du Liris à*

Hannibal même. Colonia iuris Latini eo deducta est a. 426 (Liv. 8, 22) eaque potissimum causa fuit belli, quod biennio post inter Romanos et Samnites exarsit (Livius 9, 4, 4; Dionys. 15, 8, 10). Hi cum proditione Fregellas cepissent anno 434, recepit eas anno 444 dictator Q. Fabius et supra ducentos ex adversariis Romanorum Romam adductos ibi in foro securi percussit. Ita Diodorus 19, 101 solus testis incorruptae fidei; Liviani annales (9, 12, 28; similia habet Appianus Samn. 4) annum quidem defectionis servaverunt, sed et nomen dictatoris male mutarunt (v. *röm. Forschungen* 2 p. 242) et diuturnam Samnitium Fregellarum occupationem extirparunt (nam secundum eos dictator cum audisset arcem captam, eo profectus eam recepit) et proditionis poenarumque de proditoribus sumptarum memoriam delerunt valida et fideli defensione substituta eaque coniuncta cum vituperatione malae fidei Samnitium. Fregellani milites inter socios nominis Latini deinde passim nominantur (Liv. 27, 26, 11, 37, 34, 6; Plutarchus Marc. 29, comp. 3) fortemque et fidelem operam cum Pyrrhi bello (Florus 1, 13) tum per Hannibalicum universum Romanis praestiterunt (Liv. 26, 9, 27, 10; Silius 5, 542, 12, 529). Prodigia Fregellis observata ab ipsorum magistratibus procuranda fuisse Livius ait (43, 13: *duo non suscepta prodigia sunt . . . alterum quod in loco peregrino [factum esset]: Fregellis in domo L. Atrii hasta quam filio militi emerat . . . arsisse . . . dicebatur*); nihilominus inde nuntiata aliquando suscepta sunt (Liv. 26, 23, 28, 11). Ea aetate

1) Inter Albanas colonias quae in Diodori editionibus 7, 3 a leguntur Fregellae ex mera interpolatione originem ducunt; Eusebius Armenius p. 287 Sch. habet *Phlegenam*.